

Caesar,

postquam per Ubios exploratores comperit

(Suebos sese in silvas recepisse),

[inopiam frumenti veritus],

quod,

ut supra demonstravimus,

minime omnes Germani agriculturae student,

constituit non progredi longius;

sed,

ne omnino metum reditus sui barbaris tolleret

atque

ut eorum auxilia tardaret,

reducto exercitu partem ultimam pontis,

quae ripas Ubiorum contingebat,

in longitudinem pedum ducentorum rescindit

atque in extremo ponte turrim tabularum quattuor

constituit

praesidiumque

cohortium duodecim pontis tuendi causa ponit

magnisque

eum locum munitionibus firmit.